



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Locus Deut. 29. 5. Explicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

calceis caruerint, adeoque Deo fuerint opus, injungere præcep-
tum, ut calceati comedenter Pa-
scha, qua religione eos adigeret ut
de calceis sibi prospicerent ad iter
durum atque fenticosum? Neque
id omnino verum est quod *πάντα*
addit, propterea Deum passum non esse,
ut calcei, quos ad tam solemne festum
sibi comparaverant, per annos qua-
draginta detererentur. Innuere id
quidem videntur ea verba quæ in
Deuteronomio leguntur, quibus Moses hoc Dei beneficium Ju-
dæis commemorat: *Duxit vos do- Deut. 29. 5.
minus quadraginta annis per desertum:
non sunt atrita vestimenta vestra, nec
calceamenta pedum vestrorum vetustate
consumpta sunt* Sed longe aliam
esse horum verborum mentem,
neque hoc miraculum in eo fuisse,
quod ipsi calcei, quibus induiti
fuerant in solemni festo, cum Pa-
scha comedenter in Ægypto, non
fuerint detriti, sed in mirabili Dei
providentia, qua in Arabiæ de-
sertis, horridis illis, & incultis,
& omnium egenis, prospexit, ut *cap. 9.*
nunquam calcei ipsis defuerint,
inferius ostendemus. Eorum enim

L 2 cal-

244 De CALCEIS HEBRAEOR.

calcei non detriti dicuntur, eadem
Ies. 48. 22. ratione, qua *non fitivisse* apud Je-
saiam legimus, *cum Deus eos duce-*
ret per deserta loca, quia nimis
ipsis abunde suppeditabat, quo si-
tim possent explere.

Exod. 12.
11. 12.

VII. Subiit mirari eruditos ho-
mines tam varia divinasse, cum
rationem istius ritus ipse Deus
indicet. *Sic autem, inquit, come-*
detis illum (agnum.) Renes vestri
erunt succincti, calceamenta in pedibus
vestris, & baculi in manibns vestris,
& comedetis illum festinanter: Pascha
illud est Jehovæ: Et transibo per ter-
ram Ægypti nocte hac, & percutiam
omnes primogenitos in terra Ægypti
ab homine usque ad jumenta. Res
est nota, & narrata fusiis, post
magnas clades, quibus Ægyptios
affecerat Deus, ut ex sua ditione
Hebraeos dimitterent, ultimam ea
nocte voluisse experiri, ac tot ho-
minum & jumentorum mortibus
universam Ægyptum reddere fu-
nestam, ut hac ratione Ægyptii,
nihil magis cuperent, quam ut
citissime exirent Hebrei. Præ-
videbat Deus, quod & factum
est, ut tanta strage territi Ægyp-
tii